



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

40. De verborum significatione

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

TITULUS XL.

De Verborum Significatione,

**Q**uoniam. Quanam sint regulae de interpretanda Verborum Significatione? Resp. 1. Verba debent sumi secundum mentem proferentis. *c. 6. h. t. L. 69. ff. de Legat. 3.* & nisi aliud de eorum mente constet, verba debent sumi in sensu proprio, etiamsi materia sit odiosa. *L. 69. cit. 1. 2. de transl. Ep. c. 12. de decim.* saltem regulantur ob *L. 69. cit. & c. 6. h. t.* 2. Verba generalia extendi debent ad omnia sub genere contenta. *L. 1. ff. de legat. praest.* nisi specialis adfit cautio restringendi, uti in *L. 47. §. 1. ff. de pass. L. 1. C. de Ss. Eccles. c. 15. de rescript. c. 4. & §. de Procur. in 6.* Verba specialia plus, quam generalia operantur. *L. 8. ff. & c. 34. in 6. de R. I.* 3. Verba dubia interpretanda sunt ad mentem loquentis aliunde cognitam. *c. 6. h. t. & L. 69. cit.* cum effectu tamen, ut aliquid operentur. *c. 4. de Cler. non resid. L. 1. §. 1. ff. quod quisque su. L. 80. ff. de V. O.* secundum materiam & naturam actus aut contractus, de quo agitur. *c. 25. de p. rejur.* in eam partem, quae excludit delictum, & in bonam & malam possint accipi. *c. 2. de R. I. L. 31. ff. pro Socio.* contra proferentem, obiter fortè loquentem. *L. 172. ff. & c. 57. in 6. de R. I.* ut non derogent juri alterius quatenus *can. 10. caus. 14. q. 5. c. 15. de off. deleg. L. 4. C. de emanc. liber. &c. &c.*

TITU